

2959

C O D I C E S

2960

Accedunt Indices. Artifex praestantissimus diem *Viennae* clausit anno ipso seculari 1600. non nisi annos 55. natus.

ais *Sequentiis* feu *Profs* dudum abolitis, norunt antiquae Liturgiae Studiosi.

DCCCXXI.

DCCCXXII.

³⁹² Codex membranaceus lat. Sec. XV. Folior. nunc 65. 4. magnam partem caractere illo, quem *Missalem* vocant, exaratus, coloribusque distinctus continet I. *Missas* varias de *Festis Domini et Sanctorum*, quarum *Elenchus* habetur fol. 39. initio ducto a nocte natali Servatoris. Occurrunt has inter *Missae* de *S. Affra*, de *S. Achacio*, *Mauricio* et *Leonardo*; item pro *Peccatis*, pro *Tribulatione*, pro *Salute Viuorum*, pro *iter Agentibus*, pro *Parentibus* &c. II. sequitur caractere unciali *Gloria*, et quidem *duplex*, alterum scilicet B. Virgini adcommodatum, ut habet *Card. Bona Rer. liturg. L. II. c. 2. Symbolum Apost. Praefationes* variae et *Canon*, in quo Papae, Antistitis et *Regis* fit mentio, et *Orationes* post *Pacem*, quae notabiliter ab hodie receptis variant. III. a manu paulo recentiore *Missae de Tempore* a *Dominica I. Adventus* usque ad *Officium in ramis palmarum*; verum post *Dom. IV. Adventus* quaedam e *Codice* excidere. Multas harum *Missarum* scaterere sic di-

Codex chartaceus germ. Sec. ²¹⁹ XV. Folior. 447. f. duabus columnis exaratus, aevoque cum ab initio, tum in fine aliquantum passus exhibet *Introitus*, *Collectas*, *Epistolas* et *Evangelia* *Missarum Dominicalium* et praecipuorum *Festorum Domini* sermone vernaculo, ab *adventu* per totum annum progrediendo, singulisque *Evangeliis* expositionem, quam *Glossam* vocat, subjungendo. Speciminis loco prima adjiciamus. *Am Suntag der Erst anfangch der Mess. Mein got ich hab mein se- le auffgebahn zu dir* &c. Pf. *Herre erczaig mir dein weg vnd ler mich dein steig.* *Collecta. Herre erwekch deine gewalt vnd chum* &c. *Epistola. Paulus czu den Romern an dem funfzebendn tayl. Brueder wist das das yeczund ist die Czeit auf zesten von dem stoff* &c. *Peculiare* quid habet in *tertia Nativitatis Missa Initium Evangelii Johannis*; a fol. enim 27. p. 2. usque ad fol. 57. p. 2. prolixo commentario per partes exponitur, praefixa singulis partibus inscriptione rhythmica. Ex. causa:

*Von vierlay gesicht clar
Wirt die warbait offenwarr.*

Ad calcem hujus Expositionis haec leguntur minio:

Hie

2961

LITURGICI

2962

Hie hab ein end die ler lankch
 Von dem ewangely wort vnd anfankch
 Maria Muter vnd auch maid
 Dise ler sey dir gesait
 Die mit fleizz ist uollendt worden
 Von Maister Fridrichen in deinen Orden
 Des ordens der charmeliten
 Irr (Er?) begert got zepiten
 Fur in alle gotes chind
 Die in tugendleichen lebn sind
 Von gotleichem trost vnd gedingen
 Mues vns hie vnd dort gelingen.

An porro *Fridericus* iste, cujus nullam in *Bibliotheca Carmelitana* mentionem fieri video, quem vero *Fridericum Wagny Doct. Vienn. et Carmelitarum in Austria* et per *Alemaniam* superiorem *Provincialem* a *Gesnero* in *Bibl. memoratum* puto, totius operis autor fuerit, cum ignaris scio. *Claruisse* illum circa an. 1390. *Gesnerus* addit. *Austriacae* hujus aevi dialecti *Studiofi* non inutiliter *Codicem* hunc adibunt. *Festum Epiphaniae* in eo dicitur *der obriste* five *der Prehemtag*, quod notius. *Festum Circumcisionis* *der Ewenweichtag*, quasi dicas, *eben* aequae *weib* sacer, ut dies *Nativitatis*, a quo octavus est. *Adi Scherzii Glossarium* T. I. p. 268. uti et de voce *Taugen*, qua *Noster Apocalypsin* adpellat, a *Taugen Mysteria* f. *Secreta*. T. II. p. 1625. et 1651.

DCCCXXIII.

159 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 26. f. inscriptus est:

F f 3

Divina Missa Sancti Joannis Chrysostomi. Praefatio sic incipit: *Omnibus Christianam Religionem ac orthodoxam fidem stabili proposito colentibus felicitatem*. Quanta sint, *religiosi Viri*, *clementissimi dei* quae in genus humanum contulit, *beneficia* &c. Tota haec *Praefatio* una cum *Textu Missae* descripta est ex *Editione Graecolatina Veneta* 1528. 4. quae sumtu et expensis *Demetrii Zini Zacynthii* et *Menandri Nuntii Corcyraei* per *Fratres de Sabio* prodiit ad *Exemplar graecum impressum Romae* cura *Demetrii Ducae* *Rhetoris* agentibus *Archiepiscopo Cypri*, et *Rhodio Metropolitae* 1526. 4. Multum a nostro *Textu* abeunt *Versiones Leonis Tusci*, et, quam quidam in dubium trahere conantur, *Erasmi Roterod.* simul emissae *Colmariae* 1540. 4. a *Joh. Hofmeistero* *Augustiniano*, sed nostrum adoptavit doctissimus *Jac. Goar O. P.* in *Euchologio Graecorum Paris.* 1647. p. 58. f. *Futilia* sunt, quae congerit *Cas. Oudinus* T. I. col. 722. ad hanc *Liturgiam*

Jo-